



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Il. Iac. Sadol. Episc. Carp. Lazaro Bonamico, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

beo. Tui me sicut conuocasti diligas ac tueare, te maximopere  
mihi habere uocandissime rogo. Vale Carpentor. XVI. Cal. Iunias,  
M.D.XXVII.

II.

IAC. SADO. EPISC. CARP. LAZARO

Bonamico, S. P. D.

Grates gaudet. Post meum ab Vebe discessum nihil adhuc  
Dummo à quo quā literarū: ac ne à meis quidem. Itaq; in deside-  
rosū, & de illis, & de te, & de ceteris amicis aliquid audiendi  
et; unam omnia ex mea sententia. Nos uenimus ad Carpen-  
tor. ad V. Non. Maias, summa horum hominum gratulatione,  
quorum auxilium inopinatus noster aduentus. Itaq; quod  
semper optauimus, ex diuturnis fluctibus, uidemur tandem por-  
tum esse consecuti: modò uos isthuc salui, summiq; Pontificis res  
cum teneant statum, quā maximè cupimus, nihil mihi ad spem  
beatæ uitæ non abundè uideatur affore. Nam & paruo sat contēti  
sumus & in hoc honore p̄dē sancteq; administrando quoad nobis  
dātū diuinitus fuerit. Deo ipsi eidem deleruire contendemus: &  
in libris ac literis tui uolucabimur: ueterēq; ac diuturnam scim  
optimarum artium uostrorū tandem arbitrio, in ipsis fontib; exple-  
bimus. In hoc genere toto, q; pertinet ad artes honestas, & ad no-  
stra illa tibi ignota studia, uideo te uim maximo esse posse mihi  
adhibere. Nam & de tua doctrinæ ueritate hauriendum nobis  
est, & honorum librorum exte copia requirenda. Quorum al-  
terum tute mihi recepisti cum adhuc essem Romæ: alterum mihi  
semper paruisse intelligo. Sed de libris peto à te magnopere, ut  
promissa mihi perficias: ea in re impense parci nolo. Gratiam au-  
tem eam tibi referam, quæ maximè & tua uirtute & nostra ami-  
titiæ esse digna. Ego ei nunc prauerti uolo curæ, ut nostrarum re-  
uerentiam & studium, quam ueritatem istud cœlum non mediocri-  
ter labefactaret: & spero me optari fore compotem. Te si rogem,  
repetitum tuum amorem erga me conserues, faciam & tibi pra-  
cedo, & amicitiæ nostræ iniuriam quod uideat quasi constantia  
sua dissidere. Itaq; non committam ut de hac re iure me accusa-  
re possis. Tantum à te petam, ut Vbalinum, Sangam, Lælium,  
Pyrrhium, Colotium, ceterosq; ue pariam amicos, partim etiam  
dilectos tuos, saluere iubeas meis uerbis: nec patiaris hebesce-  
re tuis igniculos beneuolentiæ, qua erga me uidebantur esse af-  
fecti. Imprimis uerò amplissimis uirtis Campegi; patronis tuis, &  
patris de filio, quibus ego mitti sic deditus sum, idque eorum meri-  
to saluam à me dicas plurimam. Vale mi Lazare sua uisum,  
& tui persuade, te à me ualeat amari. Carpent. XVI.

Calend. Iun. M.D.XXVII.

A 3

IAC.



IAC. SADOLET. EPISC. CARP. PETRO  
Bembo S. P. D.

**D**Iv est, quod desideramus inter nos missitare literas: neque enim inueteratae amicitiae tanta coniunctio, talem operam ullam, aut oblectamentum requirebat. Alia porro non fuerunt, de quibus esset opus alterum nostrum ab altero certiorum fieri. Sed cum tu in ocio atque literis assiduus esses, ego maximis Romae curis & sollicitudinibus impedire, in longe dispari conditione vitae, pari tamen benevolentia inter nos iuncti semper fuimus. Nunc autem, postquam Dei immortalis admirabili beneficio ex illis turbulentis fluctibus me evolutum, & ad portum ociumque traductum, ea excepta vita quam maximè semper appetueram: non existimaui nostra necessitudine, aut ipso tempore alienum esse, aliquid ad te litterarum dare: praesertim cum tu mihi idoneam ad scribendum occasionem praebuisses. Cognoui enim ex Bini nostri literis, quas ille ad me Venetiis misit, vigere apud te benevolentiam mei absentis, & memoriam amicitiae nostrae cum fide conservari: cum is se ad te visendum accessisse, aliquotque horas consumpsisse tecum sermonibus suavissimis confirmet: ea quae de te praedicet, quae & tuis plurimis maximisque virtutibus, & meo perpetuo de te iudicio consentanea sunt. Ac mihi quidem quod intelligo me amari abs te, non tam novum nunc quidem, quam semper gratum atque optatum accidit. Quod vero erga Binum ipsum egregia humanitate usus es: eique & operam, & studium, & auctoritatem tuam detulisti, quodque hoc etiam prolixius causa mea fecisti: de eo habeo tibi magnam gratiam. Certè enim is & diligitur à me, & per se dignus ipse est, quem tu quoque diligas: est enim summa modestia, & summa probitate praeditus: doctus praeterea, & elegans, & cum laude versatus in utroque genere scribendi. Sed hoc tu facile pro tuo singulari ingenio percipere per te potes. De me autem ipso si cupis nosse qui noster status sit: Ego Carpentora acti habito, quo venit ante diem V. Nonas Maias, id tandem assecutus, quod & meae quietis causa tamò antè optaveram, & Deo immortalis iam diu debueram. Locus ipse ab omni terrore & tumultu liber: hominum secunda in nos voluntas: ocij iam non spes, neque desiderium, sed certa, & haud dubia possessio. Denique omnia eiusmodi, ut planè me in limine positum beatae vitae fuerim arbitraturus, nisi ad mea priuata incommoda Reipublicae calamitas quoque tanta accessisset. Nam quod ego fortunis omnibus spoliatus, tanquam naufragio facto, nudus ad litus evaferim: non tam graue mihi quidem est, iam vsu & ratione edo-

cto, fe-